



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

CLXXXI. Damnantur duo libri Gallico idiomate impressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

& fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, & illis respective suffragari: sive in præmissis per quoquem Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debet; ac irritum, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Congregationis, & Ordinis prædictorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robottatis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo ibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum haec vice dumtaxat speculator, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris die XXII. Junii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Quibus ita peractis a Donatis citata est aduersa pars pro aperitione oris.

§. 5. Fidem facio per praesentes ego Caufarum Curia Apostolica, ac Illustrissimi, & Reverendissimi D. Auditoris Sanctissimi Notarius publicus infra scriptus, qualiter unus Curiorum reulit in scriptis se die 19. Julii 1728. pro parte, & ad instantiam Fratrum Converorum, seu Donatorum Provinciae Venetae Principalium, sive &c. coram eodem Illusterrimo, & Reverendissimo D. Auditore Sanctissimi per acta mei &c. citasse D. Gulielmum Ricca exadverso Procuratorem ass. Reverendissimi P. Praepositi Generalis, ac RR. PP. Choristarum Carmelitarum Discalceatorum Provinciae Venetae exadverso Principalium ad dicendum contra Memoriale cum rescripto Sanctissimi, & videndum prævia oris aperitione adversus Breve Apostolicum ex adverso, ut afferitur, impetratum die 22. Junii proximi præteriti, sive &c. remitti Causam super abstensione scutellarum, servitio Mensæ, aliisque artibus humilitatis remitti ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, coram qua eadem Causa pender indecisus, & interim viden. sibi inhiberi, ne sub poenis attentatorum, excommunicationis, aliisque arbitrio &c. audeat, sive præsumat quidquam attentare, sive innovare, aut attentare, vel innovari facere, quatenus opus sit, capi quamcumque provisionem Illusterrimo, & Reverendissimo D. beneficium, & decretum quodcumque desuper necessarium, & opportunum fieri, ac interponi ad p. d. Die 21. Julii 1728. Relatione facta comparuit D. Liborius de Petranoniis Procurator petiit, ut supra. Ex tunc Illustrissimus D. habuit terminum pro servato, Procuratore exadverso præsente &c., & latius prout in eisdem actis mei &c. ad quæ &c. In fidem &c. Datum Romæ hac die 3. Septembris 1728.

Ita est Salvator Paparozzius A. C. Notarius.

Intus - Beatissimo Padre.

§. 6. Si degnò la S. V. ad istanza del P. Generale de' Carmelitani Scalzi della Congregazione d'Italia di confermare con suo Breve sotto li 22. Giugno 1728. il Voto fatto dal Capitulo Generale celebrato in Milano nel prossimo passato Aprile, in cui si decretò che li Conversi di d. Religione Orautori umilissimi della S. V. siano obligati a fare gli officj ebdomadarj, di servire alla mensa, lavar piatti, ed altri officj d'umiltà fin ad ora eseguti da' soli Coristi, impendo anche perpetuo silenzio agli Oraatori. E benche paresse a questi di restar pregindicari da d. Breve, e di potere esperimentare le loro ragio-

ni in Congregazione de' Vescovi, e Regolari, avanti la quale pende ancora il ricorso fattovi per questa causa de' Conversi della Provincia di Venezia. Contuttociò in venerazione de' Santissimi ordini della S. V. sono disposti a soccombere a qualunque gravame, tutt'occhè da essi non professato, che sia per imporsi loro della S. V.

Ma perchè il calore dell' impegno potrebbe trasportare il moderno P. Generale, ed altri suoi parziali a pretendere in vigore di Breve d'obligare all'esecuzione de' predetti officj ebdomadarj anche quelli dell' Oraotori, quali esercitano nella Religione officj. E per altra parte non è stata mai mente della S. V. (quale ha la piena comprensione delle materie claustrali) d'obligare a doppio gravame gli Oraotori; Questi sulla fiducia della paterna clemenza della S. V. ad effetto di schivare le liti fra Religiosi, umilmente la supplicano a voler ordinare, che si dichiaro, che l'accennato Breve non comprende quelli dell' Oraotori, a' quali sarà nella Religione assegnato uno de' seguenti officj, cioè di Vesciario, altrimenti detto Robbiero, di Canavaro, di Spenditore, di Ministro del Refectorio, d'Ortolano, o sia Sovrintendente di Campagna, e di Cercante d'elemosine, di Speziale, o sia Infermiere, di Cuoco, di Sottosagrestano, e Portinaro. Che della grazia &c.

Foris - Alla Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIII.

Per

Li Conversi Carmelitani Scalzi della Congregazione d'Italia, detti Donati.

DECLARATIO BREVIS.

Die 3. Septembris 1728. Ex Audientia Sanctiss.

§. 7. Facta per me relatione, Sanctitas Sua declaravit, Breve concessum, & expeditus die 22. Junii 1728. confirmatorum Voti editi per Capitulum Generale celebratum Mediolani die 16. præcedentis mensis Aprilis super obligatione Fratrum Donatorum Oratorum ad exercenda officia Terforis scutellarum, & Servitoris primæ Mensæ non comprehendere Fratres Donatos exercentes officia, nimirum, Quæstoris elemosynarum, Coqui, Vesciarii, Sacrifiæ, Janitoris, Hortulanii, Emptori, Ministri Cellæ Vinariae, Infirmarii, Ministri Refectorii, & similia, eosdemque propteræ Officiales non teneri, nec obligatos esse ad exercenda munera prædicta, Terforis scutellarum, & Servitoris primæ Mensæ, non obstante quacumque contraria dispositione Constitutionum Ordinis, Voti, & Brevis prædicti, quibus omnibus, quatenus opus sit, Sanctitas Sua in hac parte, & ad præmissum effectum dumtaxat, expresse, & plenissime derogavit.

J. Archiepisc. Episcopats Imolen. Auditor.

Loco + Sigili.

Damnantur, & prohibentur Libri duo Gallico idiomate impressi.

De alia prohibitione quorumdam foliorum Gallico etiam idiomate impressorum vid. aliam hujus ed. 1728. Jun. 9. P. 5.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. CUM, sicut accepimus, in lucem prodierint duo Libri Gallico idiomate absque nomine Auctoris, seu Auctorum typis editi, uterque in duos Tomos divisus, unus quidem sub titulo infra scripto videlicet

Disserta-

Tenor memorialis portrecti pro parte Donorum Sanctissimo D. N.

Tenor Declarationis.

CLXXXI.

Dat. 25. Junii
1728. An. 5.

Facti ex-
positio.

ANNO
1728.

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

349

ANNO
1728.

- Dissertation sur la Validité des Ordinations des Anglois, & sur la Succession des Evêques de l'Eglise Anglicane, avec les Preuves justificatives des faits avancés dans cet Ouvrage. Première Partie. A Bruxelles chez Simon T'Serstevens Libraire, près les RR. PP. Dominicains, 1723. -- & altera Pars eodem titulo inscripta -- Seconde Partie --, alias vero, cui titulus - Défense de la Dissertation sur la Validité des Ordinations des Anglois, contre les différentes Réponses qui y ont été faites, avec les Preuves justificatives des faits avancés dans cet Ouvrage, par l'Auteur de la Dissertation, Tome II. Partie I. &c. à Bruxelles chez Simon T'Serstevens Libraire, près les RR. PP. Dominicains, 1724. -- & altera Pars hoc itidem postremo titulo inscripta -- Tome II. Part. II. --

Damnatio,
& prohibitio
predicitorum
liborum sub
pena ex-
communicationis.

§. 2. Nos pro commissa Nobis ab aeterno Pastro gregis sui cura, Dominicas Oves, quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis præservare cupientes, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui liborum hujusmodi relationem, & censuram audiverunt, remque mature, & diligenter discusserunt, consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, libros supradictos, & eorum quemlibet, ut continentes propositiones falsas, temerarias, seditiones, scandalosas, perniciose, piaum aurium offendivas, Sanctæ Sedis, & Conciliorum auctoritati injuriosas, & contumeliosas, schismaticas, erroneas, Sacrarum Ordinationum, aliorumque Ecclesiarum Sacramentorum eversivas, & hereticas respective, sub superiori expressis, aliisve quibuscumque titulis, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quavis editione, & versione hucunque impressos, ac manu descriptos, aut (quod abit) imprimendos, & describendos, tenore presentium damnamus, reprobamus, ac legi, & recineri prohibemus, illorumque impressionem, descriptionem, lectionem, & usum omnibus, & singulis Christifidelibus etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, sub pena excommunicationis per contrahientes ipso facto, absque alia declaratione incurnda, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere, omnino interdicimus.

Prohibetur
retentio eo-
tundem.

§. 3. Volentes, & Auctoritate Apostolica mandantes, ut quicunque Libros predictos, vel aliquem illorum penes se habuerint, illos, seu illum statim atque præsentes litteræ eis innotuerint, Locorum Ordinaris, vel hereticae pravitatis Inquisitoribus tradere, arque consignare teneantur: Hi vero exemplaria sibi si tradita illico flammas aboleri current: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Decernitur
publicatio
harum lite-
ratum.

§. 4. Ut autem eadem præsentes litteræ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quicquam illarum ignorantiam allegare possit, volvamus, & auctoritate præfata decernimus, ut illæ ad valvas Basilicas Principis Apostolorum, & Cancelariae Apostolicae, necon Curiæ generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Flora de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, & sic publicatae omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, & intimatae fuissent: Utque ipsarum præsentium litterarum transumptis etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum habeatur, qua eidem præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXV. Junii MDCCXXVIII. Pontificatus Nostræ Anno V.

Applicantur, & uniuntur Capitalia quædam Seminario Civitatis Plebis.

Alia hujus Conf. ed. 1725. Maii 30. P. 1. statuta fuerunt nonnulla pro augendis redditibus Seminarii Ecclesiastici Cœlenaten, & Clem. XII. Conf. ed. 1731. Nov. 6. P. 2. Statuuntur nonnulla pro bono regimine quorundam Seminariorum Hispaniarum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CLXXXII.

Dat. 26. Junii
1728. An. 5.

Proœmium.

MOTU proprio &c. Inter multiplices curas, quæ mentem nostram undequaque sollicitant, illi summa ope jam pridem incumbendum Nobis est: statuimus, ut Seminaria, ubi jam reperiuntur erecta, sed congruis redditibus ad Alumnorum, Magistrorumque substantiationem necessariis non sunt sufficienter dotata, de iis opportune provideantur, quo magis Adolescentes Ecclesiasticae Militiae addici ad pietatem, morum candorem, literarumque scientiam informentur.

§. 1. Quapropter auditis sensibus Episcopi Civitatis Plebis, quod ob redditum Mensa Episcopalis, cæterorumque, tam dictæ Civitatis, quam Diœcesis Beneficiorum tenuitatem, subsidiariam responsionem pro illius Seminarii congrua substantiatione, nec Mensa, nec sibi subjecta Ecclesiærum, & Beneficiorum Titulares, explore valeant, volentes, quantum in Nobis est, tam necessariæ Clericorum institutioni sedulo prospicere, receptam Sacri Concilii dispositionem cap. 18. sess. 23. de Reformat., & respective cap. Tuanebis de Testamento, ducimus esse sequendum.

§. 2. Expouxit siquidem idem Episcopus ex parte sui Seminarii in supplici libello Nobis porrecto, quondam Ludovicum Manni de dicta Civitate inter vivos donasse illi Communitatæ scuta 2100. ad effectum illa reinvestiendi in tot Censibus anni redditus scutorum 150., quorum 100. essent applicanda pro alendis binis Juvenibus de eadem Civitate oriundi in certis pro eorum libito Civitatis, Legalibus, vel Theologicis disciplinis operam dantibus; Reliqua vero scuta 50. pro dotatione Puellarum, quodque priores dictorum Capitalium fructus in summa scutorum 300. investientur in similibus Censibus anni redditus scutorum 22. 50. quolibet anno impenden. in tribus diversis Anniversariis pro ejusdem Donatoris suffragio, & statuta elargitione pro Magistratu; Et similiter eundem Ludovicum Manni donante alia scuta mille pariter investient, in tot Censibus, ex quorum fructibus constitueretur aliud Capitale in summa scutorum 300., ita ut efformaretur Patrimonium scutorum 1300., & ex istius redditibus subministrarentur duobus Capellanis scuta 40. pro quolibet, quodque reliqui fructus remanerent beneficio primæ donationis, onere injuncto eidem Capellani nonnullas Missas celebrandi, fructusque enunciatorum Capitalium exigendi, exactosque consignandi Depositario, ad hoc specialiter deputato, lege Depositario præscripta de non solvendo iisdem stipendum, sive eleemosynam, nisi ad rationem exacti, & non alter.

§. 3. Cumque ex dictorum Capellanorum, Depositariisque redditione rationis novissime a Congregatione Concilii eidem Episcopo demandata compertum sit, piis hujusmodi dispositio-nes fuisse hucusque subversas, non adimplatas, & fere ab initio pia opera male fuisse administrata; Hinc est quod procliviores facti sumus ad

Preces Episcopi prædicti.
Civitatis pro suppeditanda
Seminario
congrua sub-
stantiatione.

Recensentur
quædam Le-
gata relicta
a qu. Ludovicu-
mo Manni
Communi-
tati præfæc-
Civitatis variis
piis operibus
applicanda.

Applicantur
præfato Semi-
nario dona-
tiones omnes
prædicti Lu-
dovicij sub
quibusdam o-
neribus juxta
Testatoris
mentem.